[illegible]

$75.00

[Blank

DISPVTATIO
DE
EMPTIONE ET VENDITIONE,

QVAM

Divina aſpirante aurâ

Sub Præſidio

Clariſsimi Conſultiſsimiq́ Viri

D. *EVERARDI à BRONCHORST I.V.D.* & ordinarij in illuſtri Batavorum Academia profeſſoris

Exercitij gratia proponit

ANTONIVS GVILHELMI BLONCK
Verianus

Quarto Nonas May, Anno cIɔ. Iɔ. xcvi.

Hora & loco ſolitis.

LVGDVNI BATAVORVM.
Ex officina Thomæ Baſſon.

cIɔ. Iɔ. xcvi.

Magnificis dominis; ampliſſimis, & fide praeſtantiſſimis viris,

PRAEFECTO VRBI DOCTISSIMO, CONSVLIBVS DIGNISSIMIS, SENATORIBVS SPLENDIDISSIMIS,

Reipub. Verianæ

Patriæ patribus & Chriſtianæ religionis aſſertoribus.

Hanc

De emtione & venditione diſputationem in debitæ obſervantiæ, & amoris in patriam indubitati teſtimonium.

L. M. D. D. C.

Reſpondens

ANTONIVS GVILHELMI BLONCK
Verianus.

DISPVTATIO
De
EMPTIONE ET VENDITIONE.

THESIS I.

Emptio & venditio eſt contractus [a] bonæ-fidei, ſolo conſenſu [b] initus, de re emtori tradenda, [c] & pretio certo venditori in nummis dando.[d]

[a] § actionum Inſt. de act. l. bonam fidem C. de oblig. & act. l. 5. C. de reſcind. vend. [b] l. 1. D. de contr. empt. l. 2. D. de oblig. & act. § fin. Inſt. de obligat. l. 35. ff de acquir. rer. dom. [c] l. 2. & l. 11. ff de act. empt. l. 25. ff de contr. emt. § precium autem verſic. tradatur. Inſt. eod. [d] l. 1. § 1. ff de cont. empt. l. empti fides. C. de act. empt.

II.

Huius contractus tria ſunt ſubſtantialia.[a] conſenſus, res, & pretium. Conſenſus ab utraq; parte interpoſitus hunc contractum implet.[b] Reliqua duo, nempe rei traditio, pretyq; numeratio, à parte alterutrius, res videlicet à venditore; [c] pretium ab emtore, [d] ad executionem huius contractus adhibentur.[e]

[a] gloſſ. in l. pacta in verb. ex precio. ff de contr. empt. nam hæc tria intercedere coniunctim oportet, priuſquam

emptio

emptio probata dici poßit. Bart. ad l. 15. ff ſi cert. pet. D. fab. de Monte pr. quæſt. 5. [b] l. in venditionibus ff de contr. empt. l. conſenſu ff de oblig. & act. l. 35. § 2. de V.O. [c] l. 11. § 2. l. 30. ff de act. empt. l. 2. ff ſi cert. pet. & d. l 25. Bart. ad l. 72 de V.O. [d] l. 22 § fin. ff locat. Theoph. in § adeò Inſt. locat. arg. l. 1. ff de cont. empt. [e] quod declaratum eſt in l. in in vendentis C. de contr. empt. & à Bart. in l. ſingularia ff ſi cert. pet.

III.

Prius huius contractus ſubſtantiale debet eſſe liberum, [a] apertum, non etiam ſimulatum. [b] Et quidem tam in ipſa ſpecie, quam in materia principaliter in contractum deducta. [c] Vnde ſi non apparet quid actum, interpretatio fit contra eum, qui legem apertius potuit dicere, atq; ita ferè contra venditorem. [d]

[a] metu enim facta ſi fuerit emptio, reſcindetur, l. 1. C. de reſcind. vend. l. 1. quod metus cauſ. [b] l. 16. de R.I. l. 55. ff de cont. empt. vide Nynſ. lib. 3. obſerv. 62. [c] l. 9. ff de contr. empt. & l. 11. ff eod. [d] l. 33. ff d. tit. l. 21. ſuprà eod. aliquando etiam contra emptorem, nempe cum pactum ab emptore apponitur, l. 39. ff de pact.

IV.

Emere & vendere poſſe omnes, qui natura, [a] vel lege ſpecialiter non prohibentur, indubitanter admittimus. [b] Invitus tamen nemo

vendere vel emere cogitur,[c] niſi certis quibuſdam caſibus.[d]

[a] natura contrahere prohibetur furioſus, mente captus, l. 2. l. de contr. empt. DD. in l. 11. § fin. de pig. act. § ſed & Inſt. de curat. [b] ſic pater cum filio, l. 2. ff de contr. empt. niſi in caſtrenſi peculio, l. 2. Ad Maced. & etiam in adventitio, eo videlicet caſu, quo vſufructus ad patrem non pertinet. l. fin. C. de bon. quæ lib. [c] l. poſſeſſores. C. de fund. patrim. l. quamvis ff de pig. act. l. 70. ff de rei vend. l. nec emere 16. C. de iur. delib. [d] teſtamento videlicet iuſſus l. 66. ff de legat. 1. vel ratione communionis, vel vt publicæ inediæ conſulatur. l. 1. § 11. ff de offic. præſid. Intelliges tamen hos prædictos caſus, vt iuſto precio res auferatur.

V.

Vendi autem omnes res poſſunt, quæ hominum vſibus & commercys ſunt relictæ,[a] tam incorporales quam corporales, tam immobiles, quam mobiles, abſentes, quam præſentes, alienæ,[b] quam propriæ, tam futuræ, quam extantes.

[a] l. 34. § 1. ff de contr. empt. l. 11. § 2. ff de act. empt. Latè Mozz. de reb. quæ emi. vend. poſſ. [b] l. 28. & l. 25. ff de contr. empt. l. 11. § 2 ff de act. empt. Cuiac. parat. C. de reb. al. non alien. [c] l. nec emptio ff de contr. empt. l. 8. ff de peric. & commod. rei vend.

VI.

Emtionem tamen rei ſuæ,[a] litigioſæ,[b] ſacræ,

cræ, ſanctæ, religioſæ,[c] & ſimilium rerum non valere ſecundum leges ſaniſſimè iudicamus.

[a] l. ſuæ rei ff de contr. empt. l. 4. C. eod. l. 98. de V. O. & l. 61. ff de contr. empt. [b] Mynſ. 1. obſ. 55. l. 2. l. fin. & authen. ſi heres. C. de litigioſ. [c] l. 14. & ibi DD. C de SS. Eccleſ. § 1. Inſt. quib. alien. lic.

VII.

Sic etiam omnia armorum genera, item eſculenta & poculenta hoſtibus advehere, & vendere ſub pœna glady & confiſcationis omnium bonorum prohiberi communiter comprobamus.[a]

[a] l. cuiuſq; 4. ff ad L. Iuliam Maieſt. arg. l. 3. C. de ſerv. fugitiv. l. 1. & l. 2. C. quæ res export. non deb. Procop. lib. 1. de bello Perſic. Nam ratio huius prohibitionis non eſt obſcura, danda enim ſemper eſt opera, ne hoſtes armis inſtructi validiores reddantur.

VIII.

Perfecta emtione, quod factum cenſetur, ſimulatq; de pretio, req; pretio commutandâ conventum eſt,[a] periculum rei venditæ, etiam ante traditionem, ad emtorem pertinere, iuri conſentaneum eſt.[b]

[a] alias enim nihil probat l. contractus C. de fid. inſtrum.

l. 19. ff.

l.19.ff de hæred.vend.l.74.§ 1.de V.O. [b] *Weſenb.in parat. ff de peric.& com.rei.vend. Anton. Faber. lib. 2.coniect. 4.l.5. § 1.ff de reſcind. vend.l. 34. § 6.ff de contr. empt. Diſſ.Cuiac.tract.ad Afric.8.in explic.l.33.ff locat.Gothof. in § cum autem 3.Inſt.de empt.& vend. Confirmat theſin l.Lucius ff de evict. D. Bronchorſt. cent. 1. aſſert. 89. & l. 28.C.de donat.*

IX.

Ex hoc contractu duæ oriuntur actiones; una ex emto, altera ex vendito. Ex emto agit emtor eiuſq; heres adverſus venditorem, eiuſq; heredem, ſoluto pretio, vt rem vacuam una cum fructibus & acceſſionibus à tempore contractus perceptis emtori tradat.[a]

[a] *l.tenetur 6.in pr.l.ex empto 11.§ 1. l. Iulianus 13. § ſi fructibus,& l.2.§ 1.ff de act.empt.l. fructus.l. ſi pater 8.l. penul.C.de act.emt.Paul.2.ſentent.17.*

X.

Hæreditate vendita, tenetur venditor emtori præſtare omne id, quod ad eum contractus tempore cum effectu ex hæreditate pervenit.[a]

[a] *l.2. § in hæreditate ff de hæredit. vel act. vend. idem probatur l.5.C.eod.*

XI.Cum

XI.

Cum effectu ad venditorem non ſolum ea, quorum corpora nactus eſt, perveniſſe videntur, ſed etiam ea, quorum actionem & perſecutionem præſtare poteſt, [a] quodq; dolo malo ad ipſum non pervenit.

[a] *d. l. 2. § perveniſſe, cum §§. ſeqq. ff. d. tit. & C. eod.*

XII.

Inter DD. diſceptatur, num venditor rem venditam vt tradat, ſi facultatem rei tradendæ habeat, præciſè cogi poſſit? an verò intereſſe præſtando liberetur? hoc negandum, [a] illud affirmandum cenſemus.[b]

[a] *l. ſi quis ab alio 13. § vlt. ff de re Iudic. l. quoties 81. de V.O. l. ſi quis 46. ff de act. empt. l. qui reſtituere 68. ff de rei vend.* [b] *l. 3. l. ex empto 11. ff de empt. l. vbi autem 75 § vlt. de V.O. l. ſi in venditione 61, ff de evict.*

XIII.

Ex vendito actio venditori, eiuſq; heredi competit adverſus emtorem, eiuſq; heredem ad conſequendum omne id, quod ab emtore venditori præſtari oportet.[a]

[a] *l. 13. § 18 & ſeq. l. 51. ff de act empt. Cuiac. ad Paul. 1. ſentent. 17. Mynſ. 4. obſ. 56.*

XIV.

Varia pacta huic contractui adyci ſolent, ex quibus frequentiſſima ſunt. *In diem addictio,*[a] *Lex commiſſoria,*[b] *& pactum de retrovēdendo,*[c]

[a] *l. pacta conventa, ff de contr. empt. l. 1. & t. tit. de in diem addict.* [b] *t. tit. de L. commiß. l. legem. C. de pact. l. commiſſoriæ. C. de pact. inter empt. & vend.*

XV.

Pactum addictionis in diem eſt, quod fit vel purè, vt allata meliore conditione ab emtione recedatur;[a] vel ſub conditione, vt perficiatur emtio, niſi melior & commodior offeratur conditio.[b]

[a] *l. 2 & l. 4. § vlt. l. 11. ff de in diē addict. Weſemb. in parat. ibid. num. 1. Conan. lib. 7. cap. 8. Cuiac. lib. 2. obſ. cap. 25. & in parat. de in diem addict.* [b] *l 1. l. 4. § melior conditio. l. 5. l. 6. ff de in diem addict. l. ſi quis hac lege 41. ff de rei. vend. Duar. hic.*

XVI.

Pactum vero commiſſorium eſt, vt niſi pretium intra certum diem emtor ſolvat, res fiat inempta.[a] Commiſſa vero pactione in arbitrio

poſitum

poſitum eſt venditoris, utrũ hanc legem exercere, an vero pretium petere voluerit.[b]

[a] *l.magnam. C.de contr.& commit.ſtip. Paul.lib.2.ſentent. 13.l.2. l.4.& toto tit.de L.commiſſ. l. traditionibus. C.de pact.*[b] *l.9.ff de L.commiſſ.l. ſi fundus 4. § eleganter, & l.penult.h.tit.nam quilibet Iuri ſuo pro ſe introducto renuntiare poteſt.l.poſt diem.ff de L.commiſſ.*

XVII.

Tertium deniq; pactum de retrovendendo valet, quando res ea lege diſtrahitur, vt pretio oblato venditori res reſtituatur. [a] Circa hoc pactum duo maximé eveniunt controverſa. 1. Qualis actio ex hoc pacto detur, an realis, an veró perſonalis? 2. An iuri offerendi præſcribatur?

[a] *l.2.C.de pact.inter empt.& vend. Mynſing.6. obſ.70. Duar.ad tit.de ſerv.export.latiſſimè Covar.1.var.reſol. 9.& 15.*

XVIII.

Quod ad primum controverſum attinet, contra eum, cui pacto de retrovendendo quid

venditum ſit, actionẽ perſonalem competere rectè ſtatuimus.[a]

[a] verbi gratia: Titius predium cum pacto de retrovendendo Caio vendidit, Caius nõ obſtante tali pacto illud rurſum vendidit Sempronio; nulla facta mẽtione pacti. Quæritur, utrum realis actio detur adverſus Sempronium? an vero perſonalis contra Caium? & contra Caium perſonalem dari probatur l. 2. de pact. inter empt & vend. arg. l. 4. ff de L. commiſſ. Geil. 2: obſ. 16. n. 3. Mynſ. 6. obſ. 69. & ſeq. num. 6. l. 19. de in diem addict. l, 7. § 5. ff de pact.

XIX.

Quoad poſterius, an videlicet petitioni ex retractu conventiali ſpacio 30. annorum præſcribatur? contra communem DD. calculum, ſententiam affirmativam ponimus.[a]

[a] l. 3. C. de preſcript: 30. vel. 40. ãnor. Inſt. in pr. de perperpet. & temporal. act. Covar. 1. reſol. 9. l. obligationum 44. verſic: placet, de oblig. & act.

XX.

Quod ſi diſſenſus vel error in mercis corpore, vel materia deprehendatur, emtio & venditio inanis eſt,[a] ſecùs verò, ſi in nomine dũtaxat,

aut qua-

aut qualitate erratum fuerit, nec ulla diſcrepantia de re appareat.[b]

[a] *arg. l. ſi in nomine C. de teſtam. l. 14. ff de contr. empt.* [b] *l. ſi ſterilis 21 § 2. ff de act. empt. l. nihil. 116. de R. I. l. 2. in pr. ff de iudic. Conan. lib. 6. cap. 6. num. 6. Cuiac. lib. 2. obſ. 4.*

XXI.

Reſcinditur & pro nullo habetur hic contractus vel ipſo iure: vel beneficio ex eodē contractu deſcendente. Priore caſu pro nullo habetur, ſi dolus contractui cauſam dederit.[a]

[a] *l. 7. ff de dolo. l. ſi dolo 5. C. de reſcind. vend. l. 3. § vlt. ff pro ſoc. l. in cauſa 17. § 1. ff de minorib. Contractui enim bonæ fid. nihil tam contrarium, quam dolus, Coſtal. ad l. 3. ff ex quib. cauſ. maior.*

XXII.

Poſteriore caſu hic contractus reſcinditur, ſi metus iuſtus fuerit adhibitus.[a] (inanis enim metus nulla habetur ratio) vel dolus malus in contractum inciderit.[b]

[a] *l. 5. C. de in vtil. ſtip. l. 3. C. de vi metuſve cauſ. Weſemb. in parat. ff de dolo malo l. ſi in emptione 34. § item ſi emptor. ff de contr. empt. l. 36. de V. O. Nam contractus metu initus pro nullo habetur, d. l. 116. de R. I. D. Bronchorſt. cent. 1 aſſert. 38.*

XXIII. Co-

XXIII.

Coronidis vicem ſubeat Q: an beneficium L.2.C.de reſcind.vend.emtori ultra iuſti pretiy dimidium decepto denegetur? Nos contra communem DD. ſententiam, non denegari firmiter concludimus.[a]

[a] *l.1.§13.ff ſi quid in fraud. patron. Donell. ad d. l. 2. num.17. & latè DD. in d.l.2. Nam beneficium hoc in omnibus bonæ fid. ferè contractibus locum habet, propter enormem & immodicam læſionem, d.l.2.*

IMPERTINENS.

Emphyteuta ſolutionem per triennium differente, & ſimul domino de eijciendo aut retinendo Emphyteuta tacente, fructus, quos interim Emphyteuta percepit, ſintne domini, an verò Emphyteutæ? Poſterioris eſſe, meliori DD. calculo receptum, & confirmatum eſt.[a]

[a] *nam qui rei eſt dominus, ad eum ſpectant commoda quæ ex re percipiuntur, atqui emphyteuta eſt dominus rei, antequam dominus declaraverit ſuam mentem, ergo commoda ex re pervenĩetia ad Emphyteutã pertinebunt, quod probatur apertè per l. 2.C.de iur. Emphyteut. Fach. controverſ. lib.1.cap.94.*

Moniti meliora ſequemur.

FINIS.

CENTO VIRGILIANVS:

QVO

TOTIVS PVBLICÆ DISPVTATIONIS

ACTVS,

Quàm maximè fieri potuit, adumbratus eſt,

CVM

Ornatiſſimus Doctiſſimúſque Iuuenis

ANTONIVS GVILHELMIVS BLONCK

VERIANVS

ſub præſidio

V. C. EVERARDI à BRONCHORST, I. V. D.

In celeberrima Lugdunenſi Batauorum Academiâ

THESES,

DE EMPTIONE & VENDITIONE

aſſereret:

Concinnatus à PHILIBERTO à BORSALIA.

LVGDVNI BATAVORVM,

Apud Franciſcum Raphelengium.

CIↃ. IↃ. XCVI.

Quid Cento, & quæ eius componendi leges: Auſonius epiſt. ad Paul. Centoni eius præfixa.

VARIIS de locis ſenſibúſque diuerſis quædam carminis ſtructura ſolidatur in vnum verſum vt coeant, aut cæſi duo, aut vnus cum medio. Nam duos iunctim locare ineptum, & tres vna ſerie, meræ nugæ. Diffunditur autem per omnes cæſuras quas recipit verſus Heroicus, &c.

CENTO VIRGILIANVS,

QVO

TOTIVS PVBLICÆ DISPVTATIONIS

ACTVS

Quam maximè fieri potuit, adumbratus eſt,

IN HONOREM

ANTONII GVILHELMII

Veriani.

Æ. 1	ILLE *ego qui quondam * tot iam labentibus annis*	Æ. 2	Exordium.
Æ. 6	*Noctes atque dies * voluens monumenta virorum,*	Æ. 3	
E. 5	*Carmina deſcripſi, * gracili modulatus auena*	Æ. 1	
Æ. 11	*Dicam equidem, * tentanda via eſt qua me quoque poſſim*	G. 3	
	*Tollere humo, * mens nec placida contenta quiete eſt:*	Æ. 9	
G. 3	*Sed me* PARNASSI *deſerta per * ardua montis*	Æ. 11	
G. 3	*Raptat amor, * ſanctos auſus recludere fonteis.*	G. 2	
Æ. 8	*Haud incerta cano: * ſi quis tamen hæc quoque, ſi quis*	E. 6	
	*Captus amore leget, * non omnia poſſumus omnes.*	E. 8	
Æ. 9	*Vos, ô* CALLIOPE, *precor aſpirate canenti:*		Inuocatio.
G. 1	*Et qui * terrarum flammis opera omnia luſtras.*	Æ. 4	
Æ. 11	*Summe Deûm, ſancti cuſtos Soractis* APOLLO:		
E. 8	*Tu mihi, ſeu * vocat ingenti clamore* CYTHÆRON,	G. 3	
E. 5	*Siue antro potius * nigro, nemorúmque tenebris*	Æ. 6	
E. 10	*Ire libet, * ſacra redimitus tempora lauro,*	Æ. 3	
G. 4	*Forſitan & * rigui placeant in vallibus amnes,*	G. 2	
G. 1	*Ni refugis, tenuéſque piget cognoſcere curas,*		
E. 8	*Huc ades, * & votis iam nunc aſſueſce vocari.*	G. 1	
G. 2	*Túque ades, * ô famæ meritò pars maxima noſtræ,*	G. 2	
Æ. 11	*Quem primi colimus, * meritóſque nouamus honores,*	Æ. 8	
Æ. 7	*Nate Patris ſummi, * magnum & memorabile nomen,*	Æ. 4	
Æ. 5	*Si conceſſa peto, * ſi fert ita corde voluntas,*	Æ. 6	
Æ. 1	*Et vacat, * hanc etiam* MOECENAS *aſpice partem,*	G. 4	
E. 1	*Et quæ * ſublegi tacitus tibi carmina nuper,*	E. 9	

	G. 2	*Verſibus incomptis ludens, * audáxque Iuuenta*	G. 4
	G. 2	*Admiranda tibi: * non hîc te carmine ficto*	G. 2
Ad V.C. Ioſephum Scaligerum.	Æ. 4	*Infelix* DIDO, ** bello & te maxime* CAESAR,	G. 2
	Æ. 3	*Et campos vbi* TROIA *fuit, * Regumque Parentem*	Æ 6
	Æ. 1	*Magnanimum* AENEAM ** per longa exorſa tenebo,*	G. 2
	G. 3	*Omnia iam vulgata, * trahit ſua quemque voluptas.*	E. 2
	E. 5	*Et* PVER *ipſe fuit cantari dignus, & iſta*	
	E. 6	*Non iniuſſa cano, * ſucceſſúque acrior ipſo*	Æ. 5
	Æ. 6	*Fatáque fortunasque virûm, * tuáque optima facta,*	æ.10
		Si qua fidem tanto eſt operi latura vetuſtas,	
	æ.10	*Viribus imparibus * cecini ſub tegmine fagi:*	G. 4
	Æ. 1	*Ad te confugio, & * precibus ſi flecteris vllis*	Æ. 2
	G. 2	*Da facilem curſum, atque * animis illabere noſtris:*	Æ. 3
	Æ. 3	*Accipe & hæc, * pelagóque volans da vela patenti:*	G. 2
	G. 4	*Omine quo firmans animum, * ne temne quod vltro*	Æ. 7
		*Præferimus manibus, * nec* PHOEBO *gratior vlla eſt*	E. 6
		*Quàm ſibi quæ ** SCALÆ *præſcripſit pagina nomen.*	æ.12
	Æ. 5	*Exſpectata dies aderat, * mortalibus ægris*	Æ.11
	Æ.11	*Rettulit in melius, * radiíſque retexerat orbem*	Æ. 5
Diei diſputationi deſtinatæ,	Æ. 8	*Sol medium, * curis acuens mortalia corda:*	G. 1
	G. 3	*Omne adeò genus in terris * quo tempore primùm*	G. 1
	Æ. 8	*Mollibus è ſtratis opera ad * lux ſuſcitat alma.*	Æ. 8
	G. 3	*Ecce autem * primo læti cum lumine ſolis,*	Æ. 7
Et Academiæ ſeu loci vbi diſputari publicè ſolitum Deſcriptio.	Æ. 8	*Panditur extemplo * foribus domus alta ſuperbis,*	G. 2
	Æ. 2	*Relligione* PATRVM, ** ſtudiíſque aſperrima belli:*	Æ. 1
	G. 4	*Diues opum, * diues pictaï veſtis & auri,*	Æ. 9
	Æ. 3	*Intus opaca ingens, * multos dominata per annos,*	Æ. 2
	Æ. 5	*Iamdudum, & * fama totum vulgata per orbem,*	Æ. 1
	Æ. 6	*Quo læti ducunt aditus * per opaca locorum.*	Æ 2
Horâ ſolitâ adeſt & ingreditur Defendens cum ſuo Præſide, & in Cathedram aſcendit.	Æ. 9	*Iam ſole infuſo, * rebus iam rite paratis:*	Æ. 4
	Æ. 1	*Primus ibi ante alios * Tyrio conſpectus in oſtro*	G. 3
	Æ. 9	*Improuiſus adeſt, * claráque in luce refulſit,*	Æ. 1
	Æ. 9	*Ante annos animumque gerens curamque virilem,*	
	æ. 9	*Ora* PVER *prima ſignans intonſa iuuenta,*	
	Æ. 5	*Iamque adeò * fidens animi atque in vtrumque paratus,*	Æ. 2
	Æ. 6	*Ille* DVCEM *haud timidis vadentem paſſibus æquat,*	

Nec

Æ.11 *Nec non ad templum, ſummaſque ad* PALLADIS ARCES
Æ.7 *Hic Iuuenis * nota fertur regione viarum,* Æ.11
æ.10 *Eminet ac læua, * media teſtudine templi* Æ. 1
Æ. 5 *Circus erat, quo ſe * variiſque* ANTONIVS *armis,* Æ. 8
Æ. 8 *Vt ventum ad ſedes, * tulit, exſtructóque reſedit.* Æ. 5
æ.10 *At parte ex alia * Iuuenum manus emicat ardens,* Æ. 6
Æ. 8 *Flos veterum virtuſque virum, * quos frigida miſit* Æ. 7
G. 3 BELGICA, ** terra potens armis atque vbere glebæ:* Æ. 3
Æ. 8 *Extremiq; hominum* MORINI, RHENVSQVE *bicornis,*
æ.10 *Expertos belli Iuuenes * & fortibus armis.* æ.10
Æ. 8 *Quid memorem * toto diuiſos orbe* BRITANNOS? E. 1
G. 2 *Aſſuetūq; malo* LIGVREM? *** GALLVMQVE *rebellem?* Æ. 6
Æ. 7 *Quique * alio patriam quærunt ſub ſole iacentem?* G. 2
Æ. 6 *Huc quos durus amor; * (quis enim modus adſit amori?)* E. 3
G. 1 *Et quid quæque ferat regio, & quid quæque recuſet,*
Æ. 5 *Qui vultus; * quæ ſit rebus natura ferendis,* G. 2
Æ. 2 *Vndique viſendi ſtudio, * tot caſibus actos* Æ. 1
G. 3 *Saxa per & ſcopulos, * per tot vada cærula vexit:* Æ. 5
E. 3 *Atque idem * hac demum voluit conſiſtere terra.* Æ. 1
Æ. 3 *Omnibus idem animus; * pars & certare parati* Æ. 5
Æ. 7 *Vndique collecti coëunt * ad regia plenis* Æ.11
*Tecta viis, * vitamque volunt pro laude paciſci.* Æ. 5

Sequũtur & denſo agmine incurrunt inprimis LL. ſtudioſi, Belgæ, Germani, Angli, Flandri, Galli, & cæteri exteri.

Æ. 1 *Poſt alij* PROCERES, ** genus inſuperabile bello,* Æ. 4
Æ. 5 DVCTORES *longè effulgent, * totóque feruntur* Æ.11
Agmine, nec longis inter ſe paſſibus abſunt.

Paulo poſt longo ordine intrant D.D. Profeſſores.

G. 3 *Scilicet ante omnes * rerum cui ſumma poteſtas,* æ.10
Æ. 6 *Quique * regis dictis animos & pectora mulces,* Æ. 1
Æ. 5 *Indiciſque forum & PATRIBVS das iura vocatis,*
Æ. 6 *Miſſus in imperium magnum, * tu* MAXIME RECTOR. Æ. 8

Magnificus D. Rector Cornelius Grotius.

Æ. 8 *Iamque* SACERDOTES, ** memores fandi atque nefandi,* Æ. 1
Æ. 9 *Hic annis grauis atque animi maturus, * at ille* G. 3
Æ.11 *Largus opum & lingua melior: * cui mentem animumq;* Æ. 6
æ.12 *Maior agit Deus, atque opera ad maiora remittit,*
Æ. 2 *Seu populum antiqua ſub relligione tueri,*
Æ. 7 *Quam neque fas igni cuiquam nec ſternere ferro.*

Theologi.

Æ. 6 *Proxima deinde tenent, * ſacrata reſoluere iura* Æ. 2

Iuriſconſulti.

	Æ. 2	*Eſt quorum, * magniſque agitant ſub legibus æuum.*	G. 4
	Æ. 1	*Vnde hominum genus & * rebus ſpectata Iuuentus*	Æ. 8
	Æ. 7	*In dubiis reſponſa petunt, * pacémque reportant.*	Æ. 7
	Æ. 8	*Quorum de numero * pariter pietate vel armis*	Æ. 6
		*Egregius, * fama multis memoratus in oris,*	Æ. 8
D. Iulius Beyma.	E. 8	*Quod nunquam * fixit leges pretio atque refixit,*	Æ. 6
	Æ. 1	IVLIVS, *à magno demiſſum nomen* IVLO:	
	G. 4	*(En etiam hunc ipſum * volitans pennata per vrbem*	Æ. 8
	Æ. 4	*Fama, malum quo non aliud velocius vllum,*	
Auocatur hinc in patriam.	æ. 12	*Iam magis atque magis * populos ſermone replebat,*	Æ. 4
	Æ. 4	*Feſtinare fugam, * dulcéſque relinquere terras,*	Æ. 4
	E. 6	*Iamque * alios fines, aliamque capeſcere gentem.*	Æ. 11
	Æ. 11	*Monſtrat amor verus patriæ, * decedere terra.*	Æ. 4
	Æ. 6	*Siſte gradum, téque aſpectu ne ſubtrahe noſtro,*	
	E. 2	*Quem fugis ah? * quonam noſtri tibi cura receſſit?*	Æ. 2
	Æ. 2	*Quem ſequimur? quóve ire iubes? vbi ponere ſedes?*	
	Æ. 6	*Iam iam nulla mora eſt, * & nos rape in omnia tecum;)*	Æ. 2
Medici.	Æ. 11	*Et quos, * per multos ſimilis fortuna labores*	Æ. 1
	Æ 12	*Scire poteſtates herbarum, vſúmque medendi,*	
	G. 1	*Felices operum, * & rerum dedit eſſe magiſtros.*	Æ. 9
D. Iohannes Heurnius.	Æ. 1	*Quos inter medius, * quo non præſtantior alter*	Æ. 6
	Æ. 1	*Nec pietate fuit, nec bello, * magnus* APOLLO	E. 3
	Æ. 5	*Quem docuit, multáque inſignem reddidit arte.*	
D.Bonauen. Vulcanus.	Æ. 7	*Hos ſuper aduenit, ** FORTVNATVSQVE *laborum*	Æ. 11
		*Egregiúſque animi, ** VVLCANI *ſtirpe creatus:*	Æ 10
	E. 6	*Ille canit, * quorum Graij meminere Poëtæ.*	Æ. 3
Et cœteri lib. artiū Doctores, Profeſs.	Æ. 4	DVCTORESQVE *alij, * nati melioribus annis,*	Æ. 6
	Æ. 6	*Quíque pij vates &* PHOEBO *digna locuti,*	
	G. 1	*Iam varias * aut qui vitam excoluere per artes.*	Æ. 6
	G. 4	*Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus.*	
	G. 2	*O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint!*	
	Æ. 4	*Credo equidem (nec vana fides) genus eſſe Deorum.*	
	G. 3	*Ergo omnes, * partes vbi ſe via findit in ambas,*	Æ. 6
	Æ. 6	*Corripiunt ſpatium medium, * liménque relinquunt*	Æ. 5
	Æ 10	*Tot lecti* PROCERES, * *tenuis quo ſemita ducit*	Æ. 11
	Æ. 1	*Per medios, * ſtratóque ſuper diſcumbitur oſtro.*	Æ. 1

Qui-

Æ. 6 | *Quique ſui memores alios fecère merendo,*
Æ. 6 | *Magnanimi* HEROES, * *genus alto à ſanguine Diuûm.* | Æ. 5
Æ 12 | *Ipſe inter primos * foribus ſeſe intulit altis,* | æ. 11
G. 4 | *Et tandem * auguſti ſubter faſtigia tecti* | Æ. 8
Æ. 5 | *Emicat, & * ſolio medius conſedit auito* | Æ. 7
E. 4 | *Clara Deum ſoboles * magnæ ſpes altera Romæ,* | æ. 12
æ. 6 | *Hic vir hic eſt * vlli haud veterum virtute ſecundus,* | æ. 10
æ. 12 | *Cui genus à proauis ingens, clarúmque Paternæ*
*Nomen erat virtutis, & * vſque ad ſydera notus.* | E. 5
G. 4 | *Quid faceret? * pulſum regnis ceßiſſe paternis* | Æ. 3
æ. 8 | *Fama volat: * dignus Patriis qui lætior eſſet* | Æ. 7
*Imperiis, ** FVIMVS TROES, *fuit Ilium & ingens.* | Æ. 2
æ. 3 | *Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas.*
æ. 2 | *Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo!*
æ. 7 | *Filius huic fato Diuûm, proléſque virilis*
*Nulla fuit, * veniet luſtris labentibus ætas,* | Æ. 1
G. 3 | *(Dij meliora piis, * Dij talem auertite caſum)* | Æ. 3
æ. 5 | *Cùm domus, & * proles ſubitò defecerit omnis,* | G. 3
æ. 1 | *Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis.*
æ. 7 | *Quid tua ſancta fides? Quid cura antiqua tuorum?*
G. 3 | *Quid labor, & benefacta iuuant? * ſic omnia fatis* | G. 1
In peius ruere, & retro ſublapſa referri.
Æ. 1 | *Heu nihil inuitis fas quenquam fidere Diuis!*
Æ. 6 | *Aſpice vt in * toto ſæuit* MARS *impius orbe,* | G. 1
Æ. 8 | *Et belli rabies, * triſteſque ex æthere* DIRÆ, | Æ. 8
Æ. 8 | *Quas cum ſanguineo ſequitur* BELLONA *flagello.*
æ. 10 | *Europam atque Aſiam * magno turbante tumultu,* | Æ. 6
G. 3 | *Aut impacatos à tergo horrebis* IBEROS.
G. 2 | *Aſpice & extremis domitum cultoribus orbem,*
G. 2 | *Aut quos Oceano propior gerit* INDIA *Lucos.*
Æ. 8 | *Aſpice qui coëant Populi, quæ * corpore & armis* | æ. 12
Æ. 8 | *Complerint campos acies, * quique arma ſecuti,* | Æ. 6
Æ. 7 | *Æquora quiq;* CALES *linquunt, * quibus arſerit armis,* | Æ. 7
Æ. 7 | *Rex genus egregium, * quos improbus aduena bello* | æ. 12
*Territat, * & variis aſſultibus irritus vrget,* | Æ. 5
Æ. 11 | *Seditione potens * inſtructus & arte Pelaſga.* | Æ. 2

Quid

Adſunt etiã Nobiles aliquot & Magni viri.

Et ocellus ille Academiæ huius Ioſephus Scaliger.

In eius fortunã & fatũ digreſſio.

Querimonia de calamitatibus & bellis noſtri ſæculi verè ferrei.

Galliarum Rex.

	æ.10	*Quid repetam * infandas cædes, & facta Tyranni*	Æ. 8
		Effera? Dij capiti ipſius generíque reſeruent!	
Belgarũ bella ciuilia & ab Hiſpanis periculum & minæ.	æ.12	*Nec mora nec requies, * muris iterum imminet hoſtis.*	æ.10
	G. 2	*Hic petit excidiis vrbes, * ſummáſque minatur*	æ.12
		*Deiecturum arces, * furiis ſuccenſus & ira:*	æ.12
	Æ.11	*Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas,*	
	Æ.11	*Mœnibus in patriis * atque ipſis prælia miſcet.*	æ.10
	Æ.11	*Arietat in portas * & ſummas territat vrbes.*	Æ. 4
	Æ. 2	*Horreſco referens, * en quo diſcordia ciues*	E. 1
		*Perduxit miſeros, * inſani Martis amore.*	Æ. 7
	Æ. 6	*Heu quantum inter ſe bellum * ſtragémque ciebunt*	æ. 6
	æ. 11	*Tot populi, * quibus aut odium crudele Tyranni*	æ. 1
		*Aut metus acer erat, * pro libertate ruebant*	æ. 8
	æ. 8	*Tanta mole viri, * ſtant obnixi omnia contra:*	æ.10
	æ. 7	*Tutari patriam, detrudere finibus hoſtem*	
	Æ.11	*Eſt animus * pulchrúmque mori ſuccurrit armis.*	æ. 2
	æ.12	*Quis mihi nunc tot acerba Deus, * quis funera fando*	æ. 2
		Explicet? aut poſſit lachrymis æquare labores?	
	Æ. 4	*Iam mare turbari trabibus, * pontúmque moueri*	G. 1
Naumachia ſeu claſſis apparatus.	G. 3	*Atque hîc vndantem bello, * ſæuaſque videbis*	æ. 4
		*Collucere faces, * auróque effulgere fluctus,*	æ. 8
	E. 4	*Atque iterum * plenos ſpumanti ſanguine riuos.*	æ. 9
	Æ. 9	*Nec longum in medio tempus, * furor iráque mentem*	æ. 2
		*Præcipitant, * ſua cuique Deus fit dira cupido,*	æ. 9
	Æ. 6	*Cauſa mali tanti, * maioremque orſa furorem:*	æ. 7
	G. 2	*Ferrea progenies durum caput extulit aruis,*	
	æ. 8	*Ferrum acuunt, * recoquunt patrios fornacibus enſes,*	æ. 7
	æ. 7	*Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto,*	
	G. 2	*Condit opes alius, defoſſoque incubat auro.*	G.12
	æ.10	*Et furiis agitatus amor * ſucceſſit habendi.*	æ. 8
	æ. 6	*Heu pietas, heu priſca fides, * quis talia fando*	æ. 2
	æ. 2	*Temperet à lachrymis? * nec habet fortuna regreſſum.*	æ. 11
Vltima hæc eſſe tempora, de quibus Deus, Prophetæ, & Apoſtoli.	E. 4	*Aſpice conuexo nutantem pondere mundum,*	
	æ. 2	*Venit ſumma dies, * & ineluctabile fatum*	æ. 8
	G. 2	*Atque metus omnes, * nunc belli finis & æui.*	æ.10
	æ.10	*His dabitur terris, * perfecto temporis orbe.*	æ. 6

Suppli-

Æ.11 *Supplicia & ſcelerum pœnas expendimus omnes:*
G. 4 *Quod iam non dubiis poteris cognoſcere ſignis,*
Æ. 1 *Belláque iam * generi portendere debita noſtro,* æ. 3
G. 1 *Omnia tum pariter * rutilo miſcerier igne* G. 1
Æ.11 *Admonet ira Deûm, * ſi mens non læua fuiſſet,* E. 11
E. 1 *Sæpe malum hoc nobis,* * VATVM PRAEDICTA *priorum* æ. 4
G. 4 *Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur,*
Æ. 4 *Terribili monitu, * necdum perfectá canebant.* E. 9
G. 4 *Quis dubitet * noſtros ea fata manere nepotes?* æ. 2
Æ. 3 *Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.*
æ. 11 *Nunc etiam horribili viſu portenta ſequuntur.*

Preces ad Deum pro pace Publica.

æ.10 *Te precor, * ô hominum Diuumque æterna poteſtas,* æ.10
æ.12 *Cuncta tuo qui bella,* PATER, *ſub numine torques,*
Æ. 1 *Parce pio generi & * ſi non exoſus ad vnum* æ. 5
Æ. 4 *Degeneres animos, * tandem miſeratus ab alto* æ. 5
æ. 2 *Aſpice nos, * prohibe infandos à nauibus ignes:* Æ. 1
Æ. 3 *Et genus & manſuram vrbem, * Patrioſque Penates,* æ. 2
Æ. 2 *Hanc primùm tutare domum, * da mœnia feſſis,* æ. 3
Æ. 3 *Hac caſti maneant in relligione nepotes.*

Ad Ioſe. Scaligerum Bona verba, & pro eo Votum.

Æ. 6 *I decus, i noſtrum, * ſi qua fata aſpera rumpas,* Æ. 6
æ.10 *Stat ſua cuique dies; * melioribus vtere fatis.* Æ. 6
Æ. 1 *Auſus & afflictis melius confidere rebus*
Æ. 3 *Si qua fides, * ſi quid veri mens augurat, opto* Æ. 7
æ.10 *In patriam reditus, * ſua cuique exorſa laborem* æ.10
*Fortunámque ferent, * multos alterna reuiſens* Æ.11
Luſit, & in ſolido rurſus fortuna locauit.

Ad rem regreſsio.

æ.10 *Quo feror? vnde abij? * maioráque viribus audens* æ.10
Æ.11 *Rem nulli obſcuram, * ſortes, arcanáque fata,* Æ. 6
æ. 7 *(Maius opus) moueo, * nec vox aut verba ſequuntur.* æ.12
Æ. 2 *Iamque adeò * maior rerum mihi naſcitur ordo;* Æ. 7
G. 4 *Atque equidem * ardentes accingar dicere pugnas,* G. 3
Æ. 1 *Virtuteſque, viróſque, & tanti * fulmina belli.* æ. 6
æ. 7 *Tu vatem tu* DIVA *mone, * cantuſque mouete* æ.10
E. 4 *Sicelides* MVSAE, * *nihil hîc niſi carmina deſunt.* E. 8

Omnibus ingreſſis Defendẽs ſe colligit & honorẽ præfatus, ſic infit.

Æ. 1 *Poſtquam introgreſſi, & * ſpatia in ſua quiſq; receſſit,* æ.12
Æ. 2 *Conticuere omnes, * tunc facta ſilentia tectis;* Æ. 1

Con-

	Æ.11	*Conuerſique oculos inter ſe atque ora tenebant.*	
	æ.10	*Ille autem impauidus,* defixus lumina vultu,*	Æ. 6
	Æ. 3	*Multa mouens,* varia confuſus imagine rerum:*	æ.12
	Æ. 8	*Atque animum nunc hunc celerem nunc diuidit illuc.*	
	Æ. 1	*Talia iactanti* ſubitò ſententia ſedit:*	æ.11
	Æ. 5	*Et primum ante omnes,* multo compellat honore*	æ. 3
	æ. 9	RECTOREM *iuuenum & rerũ,** GENTEMQVE *togatam,*	æ. 1
	G. 4	*Magnanimóſque* DVCES, ** nil magnæ laudis egentes,*	æ. 5
	æ.10	*Cunctantes* SOCIOS, ** qui ſeſe in bella ſequantur,*	æ. 8
	æ.12	*Nudato capite,* & magno ſimul incipit ore:*	æ.12
	Æ. 5	*Accipite hæc animis, lætáſque aduertite mentes,*	
	Æ. 1	*O* SOCII ** quæ nunc animo ſententia ſurgat:*	æ. 9
	æ.12	*Hoc erat hoc votis (inquit) quod ſæpe petiui,*	
	æ.10	*In manibus Mars ipſe, viri,* de more* LYCEI	æ. 8
	æ. 7	*Argumentum ingens,* cœpti fiducia belli.*	æ. 2
	G. 2	*Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas!*	
	æ. 6	*Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?*	
I.L. ſtudioſos ad diſputandum adhortatur.	æ. 5	*Quid prohibet* cauſas penitus tentare latentes?*	æ. 3
	æ. 8	*Quare agite ô* IVVENES, ** omni nunc arte magiſtra*	æ. 8
	æ.11	*Arma parate animis,* iterumque reuoluere* CASVS,	æ.10
	æ. 9	*Et conferre manum,* dum ſpes incerta futuri*	æ. 8
	æ. 2	*Feſtinate,* VIRI, ** ſi qua fors adiuuat auſum.*	æ.10
Idque vt Planè & Placidè.	G. 4	*Inque vicem,* ſed non replenda eſt curia verbis:*	æ.11
	æ.11	*Cõſulite in mediũ,* &* MONITI MELIORA SEQVEMVR,	æ. 3
	æ. 8	*Communémque vocate Deum,* timor omnis abeſto:*	æ.11
	æ. 6	*Tuque Prior,* (nam te maioribus ire per altum*	æ. 3
		Auſpiciis manifeſta fides,) tibi maxima rerum,*	æ. 9
Ad Præſidẽ ſuum ſe conuertit, eiuſque opem implorat.	æ. 2	*Siue dolo,* ſeu quis bello eſt expertus & armis,*	æ. 5
	æ. 9	*Verborúmque fides,* ſub te tolerare magiſtro*	æ. 8
		*Militiam, & * tantos poſſum ſuperare labores.*	æ.10
	æ.10	*Tu mihi nunc pugnæ* PRINCEPS, *tu rite propinques*	
His dictis, exſtimulati, I.L. ſtudioſi aliquot ſe ad Diſputãdum componunt.	æ. 1	*Auxilio,* inceptumque vna decurre laborem:*	G. 2
	æ.11	*Me ſine prima manu tentare pericula belli.*	
	æ. 1	*Talia voce refert,* intentis omnibus vnus,*	æ. 3
	æ.11	*Tempora nudus adhuc* media conſiſtit arena.*	æ. 5
	æ. 8	*Tum Lecti* IVVENES, ** primæuo flore Iuuentus*	Æ. 7

His

Æ. 1 *His animum arrecti dictis, * ad prælia vires* Æ. 9
Æ. 5 *Tum pudor accendit, * laudumque immenſa cupido* Æ. 6
Æ. 1 *Iampridem reſides, * & corda oblita laborum,* Æ. 9
Æ.11 At Non *in Venerem ſegnes; nocturnáque bella,*
Æ. 1 *Suſcitat, & ſtimulis haud mollibus * aggerat iras,* Æ.11
Æ. 4 *Spemque dedit dubiæ menti, * curáſque reſoluit.* G. 1
Æ.7 *Haud mora, feſtinant iuſſi * certamine ſummo,* Æ. 5
Æ. 5 *Exigui numero, ſed bello viuida virtus,*
G. 3 *Ingentes tollunt animos, * pugnæque parant ſe,* æ.10
æ.10 *Atque animos aptant armis, ** Veniamqve *rogantes,* Æ.11
G. 1 *Neſcio qua præter ſolitum dulcedine læti,*
Æ.9 *Freti armis ** Pveri, *paritérque ante ora* Parentvm Æ. 5
æ.11 *Continuò pugnas ineunt, * nunc viribus vſus,* Æ. 8
*Nunc manibus rapidis, * hic torre armatus obuſto,* Æ.7
*Stipitis hic grauidi nodis, * paribusque Magiſtris* Æ. 5
æ. 9 *Succedunt, ſeruántque vices, * quod cuique receptum* Æ.7
*Rimanti telum ira facit, * ſtatione relicta* Æ.9
Æ. 5 *Inde alios ineunt curſus: * omnemque pererrant* Æ. 5
*Arte locum, * pugnæque cient ſimulachra ſub armis.* Æ. 5
Æ. 5 *Non vlli eſt animus, * propiuſve accedere virtus;* æ.10
Æ.9 *Non æquo dare ſe campo, non * figere contra,* æ.10
æ.10 *Sed iaculis, tutisque procul clamoribus inſtant.*
Æ.4 *Idem omnes ſimul ardor habet * concurrere telis,* æ.11
G. 3 *Tantus amor laudum, tantæ eſt victoria curæ.*
Æ.7 *Ille velut pelagi rupes immota reſiſtit,*
Æ.7 *Et primam ante aciem denſa inter tela * viroſque,* Æ.9
Æ.7 *Hoſtem magnanimum opperiens, * ſtetit acer in armis:* æ.12
G. 4 *Illi inter ſeſe * dubiis de rebus agebant,* æ.11
Æ. 6 *Multáque præterea * vario ſermone ſerebant.* æ. 6
Æ. 5 *Impediunt, texuntque fugas, * hinc ſpargere voces* æ. 2
*In vulgum ambiguas, * & non felicia tela,* æ. 11
Æ. I *Ne qua ſcire dolos, medius ne occurrere poſſet,*
Æ. 6 *Hoc opus hic labor eſt, * quàm multa grandine nimbi* æ. 6
*Culminibus crepitant, * aut alti fornice ſaxi* æ.10
G. 1 *Cum ſonitúque * cadunt ſummotis nubibus imbres.* E. 6
Æ.4 *Haud ſecus aſsiduis hinc atque hinc vocibus* Heros

Et nihil morati viciſſim Venia petita rem aggrediuntur.

Et omni arte omnibuſque viribus eum oppugnant.

Ille verò ſe ſuáque ſtrenuè defendit.

 Tun-

		*Tunditur, & * magno curarum fluctuat æſtu,*	Æ. 8
	Æ. 4	*Nec magis incepto vultum ſermone mouetur,*	
	G. 3	*Nec vanos horret ſtrepitus, * metuenſque pericli*	Æ. 5
	æ. 1	*(Haud ignota loquor, * cuncti ſe ſcire fatentur)*	Æ.11
	æ. 6	*Quam ſi dura ſilex * vaſtum quæ prodit in æquor*	æ.10
	æ. 1	*Hinc atque hinc * multis circumlatrantibus vndis.*	Æ. 7
	Æ. 8	*Nec non * reſponſum paucis ita reddidit* HEROS,	Æ. 6
Et eorum argumēta omnia diluit, nodoſq. ſoluit.	Æ. 6	*Caſtigatque auditque dolos, * mentitaque tela.*	Æ. 1
	G. 2	*Quin etiam * repetens iterumque iterumque monebat,*	Æ. 3
	E. 1	*Hic mihi reſponſum primus dedit, ille petenti*	
	æ. 1	*Iura dabat legeſque * (experto credite) quantus*	Æ.11
	æ.10	*Tendat in aduerſos, * quo turbine torqueat haſtam.*	Æ.11
	æ.10	*Anceps pugna diu * ducibuſque & viribus æquis,*	æ.10
	G. 2	*Vſque adeo obnixi non cedere, dum * neque terga*	Æ. 9
Illi contrà omne genus argumentorum intentare, & acriter inſtare & rixari.		*Ira dare aut virtus patitur, * diſcrimine tanto*	Æ. 3
	æ. 5	*Hos ſucceſſus alit, poſſunt quia poſſe videntur.*	
	G. 2	*Verùm vbi nulla fugam reperit fallacia, * nunc nunc*	æ.12
		*Fluctuat ira intus, * vario certamine clamor*	Æ. 3
	æ. 11	*Tollitur in cœlum, * rumpuntur neſcia vinci*	æ.12
		*Pectora, * nec victi poſſunt abſiſtere bello.*	Æ. 8
	æ. 2	*Et magis * increſcunt animis diſcordibus iræ.*	Æ. 9
Tandem D. Præſes ſuas partes interponere, eorumque dolos detegere, & tela retorquere.	æ.11	*Hos inter motus * atque hæc certamina tanta*	G. 4
	E. 5	*Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe,*	
	æ. 11	*Armipotens,* BELLI PRAESES, ** haud paſſus acerbis*	Æ. 5
	Æ. 5	*Et ſæuire animis, * (procedere longius iras*	Æ. 5
	æ. 9	*Senſit enim,) * & vario miſceri pectora motu:*	æ.12
	æ. 7	*Dum paci medium ſe offert, iuſtiſſimus vnus,*	
	æ.10	*Infit (eo dicente * olli obſtupuere ſilentes)*	Æ.11
	æ. 6	*Ne* PVERI, *ne tanta animis aſſueſcite bella.*	
	æ. 4	*His dictis * mollitque animos & temperat iras.*	Æ. 1
Iamque Horis elapſis finem faciūt.	æ. 5	*Iamque ferè ſpatio extremo, * certamine miſſo*	Æ. 5
	æ.12	*Ventum ad ſupremum eſt, * finémque imponere curis*	Æ. 4
	G. 1	*Ipſa dies, * medios cùm ſol aſcenderet æſtus,*	G. 4
	G. 4	*Admonuit, * facta pariter nunc pace feruntur.*	Æ. 5
	æ. 11	*Vt primùm placati * animi & rabida ora quierunt*	Æ. 6
	æ. 1	*Et iam finis erat, * perfectis ordine votis,*	Æ. 3

Æ. 5 *Ille ſuper tales effundit pectore voces:*
Æ. 9 *Quæ vobis quæ digna,* VIRI, **pro nomine tanto* Æ. 8
Æ. 9 *Præmia poſſe rear ſolui, * quas dicere grates* Æ. 11
*Quáſue referre parem? * ſi quid pia numina poſſunt* Æ. 4
Æ. 5 *Omnibus hic erit vnus honos, * nec veſtra feretur* Æ. 7
Æ. 7 *Fama loco, * tantíque aboleſcet gratia facti,* Æ. 7
E. 5 *Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit.*
æ. 12 *Talibus & dictis * ſolio ſe tollit ab alto* Æ. 8
Æ. 5 *Hic Iuuenis, iam victor ouans, * memorabile nomen,* Æ. 2
E. 1 *(Non equidem inuideo, miror magis) * ibat in armis:* æ. 9
Æ. 5 *Multáque præterea * diuerſo ex hoſte trophæa* G. 3
æ. 10 *Lecta refert humeris, * ſpolio gaudétque potitus:* æ. 10
Æ. 5 *Ipſis præcipuos* DVCTORIBVS *addit honores.*
Æ. 8 *Obſtupuere animis ** IVVENES, *fortiſſima corda,* Æ.
G. 4 *Circumſtant fremitu * per limina læta frequentes,* I 5
Æ. 6 *Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt, * vox omnibus vna* Æ. 5
Æ. 2 *Compellare* VIRVM, *& * mens omnibus vna ſequendi:* æ. 10
E. 1 *Vſque adeò * accendit tantarum gloria rerum.* Æ. 4
Æ. 5 *Hi proprium decus & partum indignantur honorem.*
E. 5 *Ipſi lætitia voces ad ſydera iactant;*
G. 2 *Hic ſtupet attonitus * quàm forti pectore & armis* Æ. 4
Æ. 9 *Et patiens operum, * quantum noua gloria in armis,* æ. 11
Æ. 2 *Quondam etiam victis, * primo certamine poſſit.* Æ. 11
æ. 12 *Illum turbat amor, * ſtimulisque agitabat amaris* Æ 11
*Obliquâ inuidiâ, * defixique ora tenebant* Æ. 8
æ. 12 *Iamdudum * ſanctique* PATRES *(extrema per illos* G. 2
Iuſtitia excedens terris veſtigia fecit,)
Æ. 4 *Multa viri virtus animo, * admirantur & omnes* G. 4
æ. 12 *Egregium forma* IVVENEM, ** verúmque laborem,* æ. 12
Æ. 4 *Magnanimum* HEROVM ** pertentant gaudia pectus.* Æ. 1
Æ. 5 *Tum plauſu fremitúque virum, ſtudiisque fauentum*
G. 1 *Terra tremit, * vocisque offenſa reſultat imago.* G. 4
G. 4 *Quin ipſæ ſtupuere domus, * atque aurea tecta,* Æ 6
Æ. 8 *Aurea nunc olim ſyluestribus horrida dumis.*
Æ. 9 *Te verò, mea quem ſpatiis propioribus ætas*
[illegible] *Inſequitur, * quo non ſuperat mihi carior alter,* æ. 12

Ille Victor, finita diſputatione, omnibus de more gratus actis defunctus eſt.

Peractis ordine rebus [illegible] illi gratulantur, ſibi gaudent:

Eiuſque Genium & in reſpondendo dexteritem mirantur eíque fauent Patres conſcr. ſeu Profeſſores, Heroes.

Denique omnium Iubila.

 Acci-

Æ. 8 *Accipio agnoſcóque libens,* meminiſſe iuuabit* Æ. 1
Æ. 4 *Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus*
E. 8 *A te principium, tibi deſinet, accipe iuſſis*
Carmina cœpta tuis, monumentum & pignus amoris.* Æ. 5
æ. 12 *Verùm age,* carpe viam, & ſuſceptum perſice munus,* Æ. 6
æ. 12 *O præſtans animi* IVVENIS, ** nunc pectore firmo,* Æ. 6

Ad eũ Apoſtrophe & ad maiora etiã his adhortatio.

Æ. 6 *Nunc animis opus,* extremo ſub fine laborum,* G. 4
Æ. 9 *Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis.*
Æ. 6 *Quòd ſi tantus amor,* ſi tantum pectore robur,* Æ. 11
Æ. 4 *Eia age rumpe moras* finémque impone labori:* æ. 2
E. 2 *Nec te pœniteat* duros perferre labores.* Æ. 6
Æ. 9 *Macte noua virtute* PVER, ** labor omnia vincit* G. 1
Improbus, & ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.* Æ. 5
æ. 12 *Bella vides* grauiora, dabit* DEVS *his quoque finem;* æ. 1
æ. 6 *Tu ne cede malis, ſed* CONTRA AVDENTIOR ITO.
æ. 2 *Tempus erit* mox cùm matura adoleuerit ætas,* æ. 12
æ. 5 *Iamque dies (ni fallor) adeſt,* pro talibus auſis* Æ. 2

Ex eo manentia, Gloria, & Laborum quies.

E. 5 *Quæ tibi quæ* grates dignas & præmia reddat.* æ. 2
Æ. 11 *Et iam fama volans* aliquod noménque decúſque* æ. 2
æ. 12 *Rumoreſque ſerit,* meritóſque indicit honores.* Æ. 3
æ. 6 *His demum exactis* portusque intrare licebit.* Æ. 3
æ. 9 *Vltimus ille dies,* requies ea certa laborum.* æ. 8
æ. 11 *Nos alias hinc ad lachrimas, eadem horrida belli*
Fata vocant, aliquid iamdudum inuadere magnum* æ. 9
Mens agitat, ſuadétque ignota laceſſere bella.* Æ. 11
E. 5 *Fortunate* PVER, ** quæ te tam læta tulerunt* æ. 1
Sæcula? qui tanti talem genuere Parentes?
E. 5 *Tu decus omne tuis,* magnum rediture parenti,* æ. 10
Æ. 11 *Nunc etiam* in te omnis domus inclinata recumbit.* æ. 12
Æ. 8 *Ingredere ô* magnos (aderit iam tempus) honores:* E. 4
E. 4 *O mihi tam longæ maneat pars vltima vitæ!*
æ. 8 *Nec tu carminibus noſtris,* fortiſſime* DVCTOR, Æ. 8

Ad D. Præſidem Apoſtrophe.

G. 2 *O decus ô* famâ ingens, ingentior armis,* æ. 11
æ. 4 *Tuque harum Interpres curarum,* indictus abibis.* Æ. 8
æ. 11 *Iuſtitiæne priùs mirer, bellíne laborem?*
E. 4 *Te* DVCE *ſi qua manent,* ſinuoſa volumina verſat* æ. 11

Cæca

Æ. 6 | *Cœca regens filo veſtigia, * ferrea Iura* | G. 2
*Inſanúmve forum, * victriciáque arma ſecutus;* | Æ. 3
Æ. 6 | *Et quo quemque modo fugiatque feratque laborem,*
Æ. 3 | *Quidve ſequens, * auditque virûm monimenta priorum:* | Æ. 8
Æ. 5 | *Talibus auſpiciis * (id rebus defuit vnum)* | Æ. 2
Æ. 1 | *Per varios caſus, per * tanti incendia belli,* | Æ. 1
æ. 10 | *(Hoc virtutis opus) * ſpoliis inſignis opimis* | Æ. 6
G. 1 | *Omnis quem chorus, & Socij comitantur ouantes:*
æ. 12 | *Ille volat, * victorque viros ſupereminet omnes.* | Æ. 6

Cuius nutu & arbitrio omnia peracta, & quo rectore per vaſtum Iuris Oceanum in portum appulſus:

Æ. 1 | *Fortunate* SENEX, * *grates perſoluere dignas* | æ. 1
*Non opis eſt noſtræ, * tanta dabit indole dignum* | æ. 10
Æ. 1 | *Qui mare qui terras * torquet qui ſydera mundi:* | æ. 9
Æ. 6 | *Ille autem * meriti tanti non immemor vnquam,* | æ. 9
Æ. 6 | *In freta dum fluuij current, dum * ſydera cælo,* | G. 2
Æ. 2 | *Quô res cunque cadent vnum, * ſuper omnia dona,* | æ. 9
Æ. 1 | *Semper honos, nomenque tuum laudeſque manebunt.*

Merita, eiq. debita Præmia Deus O.M. perſoluat. Neque ille nóſque ingrati futuri.

E. 5 | *An quicquam nobis tali ſit munere maius?*
Æ. 9 | *Fortunati ambo, * non hæc ſine numine Diuûm* | æ. 2
Æ. 3 | *Vobis parta quies, * ſi quid mea carmina poſſunt,* | æ. 9
G. 1 | *Et quid * in arte mea poſſunt promittere curæ,* | Æ. 8
æ. 9 | *Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.*

Ad vtrũque, bona precatio.

G. 3 | *Sed fugit interea * breue & irreparabile tempus,* | æ. 10
G. 3 | *Singula dum capti circumuectamur amore.*
Æ. 9 | *Quod ſupereſt, * equidem ſpatiis diſcluſus iniquis,* | G. 4

Epilogus.

E. 4 | *Et ſimul* HEROVM *laudes * ſanctumque* SENATVM, | G. 4
G. 4 | *Mores & ſtudia, & populos, * venturáque bella,* | Æ. 3
Æ. 1 | *Fortia facta* PATRVM, * *cunctámque ob origine gentem,* | G. 3
E. 6 | *Vtque* VIRO *Phœbi chorus aſſurrexerit omnis,*
G. 4 | *Prætereo, atque aliis pòſt commemoranda relinquo.*

Audentes fortuna iuuat.

PHILIBERTVS à BORSALIA.